

cenfus hujusmodi ab eis debitos non folvendi. Quare pro parte Epifcopi & Cleri prædicatorum afferentium, quod in talibus hic emptis cenfibus & redditibus, fructus, reditus & proventus plurium Ecclefiarum, Monafteriorum, Hofpitalium, & Ecclefiasticorum Beneficiorum civitatis & Diocefis, ac partium prædictarum, necnon ferè omnes quotidianæ diftributiones, quæ in plerisque ex Ecclefiis ipfis divinis intereffentibus ministrari folent, confiftere nofcuntur: nobis fuit humiliter fupplicatum, ut fuper his Apoftolica Sedis declarationis oraculum impartiri & adjicere paterna dilectione curarem.

DE SEPULTURIS.

TITULUS VI.

I. BONIFACIUS VIII. [c. an. 1300. Roma.]

Corpora defunctorum exenterantes, & ea immaniter decoquentes, ut offa à carnibus feperata ferant fepeleuda in terram fuam, ipfo factò funt excommunicati.

et. modo.

Mori est natura debitum folvere.

DETESTANDA feritatis abufum, quem ex quodam more horribili nonnulli fideles improvide prosequuntur, nos pia intentionis ducti propofito, ne abufus prædicti favita ulterius corpora humana dilaceret, mentelque fidelium horrore commoveat, & perturbet auditum, digne decrevimus abolendum.

feu quivis alii cujuscunque ordinis, conditionis, status, aut gradus fuerint, etiam si Pontificali dignitate præfulgeant, aliquid contra hujusmodi nostri statuti & ordinationis tenorem præsumperint attentare, defunctorum corpora sic inhumaniter & crudeliter pertractando, vel faciendi pertractari, excommunicationis sententiam (quam extunc in ipsos proferimus) ipfo facto se noverint incurfuros: à qua non, nisi per Apoftolicam Sedem, præterquam in mortis articulo, possint abolitionis beneficium obtinere.

Vide Conc. Trid. sess. 14. c. 7. de censur. reservat.

¶ PITH. Desestanda feritatis, &c.] Huic statuto occasione dedit N. tituli Sancti Laurentii in Damaso Presbyter Cardinalis. ut patet ex veteri codice Sancti Victoris Parisiensis.

II. BONIFACIUS VIII. [c. an. 1300. Roma.]

Super prædicationibus, confessionibus & sepulturis, providet hoc cap. ut tollat contentiones, que olim erant inter Curatos ex una parte, & Jacobitas, & Chorrigeros ex altera. Hoc cap. hæc fuit sublatum per Extravagantem, Inter cunctas, que est infra de privilegiis. est tamen hodie innovatum per Clemen. dudum, de sepult.

Super Cathedralam præeminentiæ Pastoralis divina disponente clementia constituti, etiam multis & arduis, quæ in amplum Romanæ Curie alveum undique conflunt quasi torrens prægravemur negotiis, curis excitentur innumeris, cogitationibus plurimis distrahamur: circa id tamen ferentibus votis intendimus, vacuum instantiis, ac operose studium sollicitudinis impartimur, ut ad divini nominis gloriam, exaltationem Catholicæ fidei, & profectum fidelium animarum (præcis radicibus dissidiorum veribus, & litigiorum anfractibus omnino subductis) inter Ecclesiarum Antifites, ad curam & regimen gregis domini deputatos, ceteraque personas, quas Ordo Clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat, fervor charitatis exaltet, invalescat concordia unitas, animorum identitas perseveret. Scimus enim & ex evidentia facti colligimus, quod non nisi in pacis tempore bene colitur pacis auctor: nec ignoramus, quod diffentiones & scandala pravus actibus aditum præparant: rancores & odia fuscitant, & illicitis moribus aulum præbent.

in quibus loca fratrum ipsorum consistere dignoscuntur, vel in civitatibus & Dioecesibus locis ipsis vicinis, in quibus loca hujusmodi non habentur, Magistri, Priores Provinciales Prædicatorum, aut eorum Vicarii, & Generales & Provinciales Ministri, & Custodes Minorum Ordinum prædicatorum, ad præsentium Prælatorum, eorumdem locorum se conferant, per se vel per fratres, quos ad hoc idoneos fore putaverint, humiliter petunt, ut fratres, qui ad hoc electi fuerint in eorum civitatibus & Dioecesibus confessiones subditorum suorum confiteri sibi volentium audire liberè valeant, & hujusmodi contententibus, prout secundum Deum expedire cognoverint, penitentias imponere salutare, atque eisdem abolitionis beneficium impendere de licentia, gratia, & beneplacito eorumdem. Ac deinde præfati Magistri, Priores, Provinciales, & Ministri Ordinum prædicatorum, eligere student personas sufficientes, idoneas, vitæ probatas, discretas, modestas, atque peritas, ad tam salubre ministerium & officium exequentium: quas sic ab ipsis electas representent, vel faciant præfentari Prælati, ut de eorum licentia, gratia, & beneplacito in civitatibus & Dioecesibus eorumdem hujusmodi personæ sic electæ confessiones confiteri sibi volentium audiant, imponant penitentias salutare, & beneficium abolitionis impendant, prout superius est expressum: extra civitates & Dioecesim in quibus fuerint deputate, per quas eas volumus, & non per provincias deputari, confessiones nullatenus audiant. Numerus autem personarum asfumentarum, ad hujusmodi officium exequentium, esse debet prout univerfitas Cleri & populi, ac multitudo vel paucitas exigat eorumdem. Et si iidem Prælati petitam licentiam confessionum hujusmodi audiendarum concesserint, illam præfati Magistri, Ministri, & alii cum gratiarum recipientium actione: dictæque personæ sic electæ commiffum sibi officium exequentur. Quod si forte jam dicti Prælati nequam ex dictis fratribus præfentatis eisdem ad hujusmodi officium nolent habere, vel non ducent admitterendum: eo amoto, vel subtracto, loco ipsius similiter eisdem præfentandis Prælati possit, & debeat alius furrigari. Si vero iidem Prælati præfatis fratribus ad confessiones, ut præmittitur, audiendas electis hujusmodi exhibere licentiam recusarent, nos ex nunc ipsis, ut confessiones sibi confiteri volentium, liberè liciteque audire valeant, & eisdem penitentias imponere salutare, atque eisdem beneficium abolitionis impertiri, gratiosè concedimus, de plenitudine Apoftolicæ potestatis. Per hujusmodi autem concessionem, nequaquam intendimus personam seu fratrem ipsius, ad id taliter deputatis, potestatem in hoc impendere amplio rem, quam in eo Curatis, vel Parochialibus Sacerdotibus est à jure concessa, nisi forsitan eis Ecclesiæ Prælati uberiori in hac parte gratiam specialiter duerent faciendam. Hujusmodi quoque statuto, & ordinationibus nostris adjicimus, ut fratres dictorum Ordinum in Ecclesiis vel locis suis, ubilibet constituti, & Ecclesiis memoratis. Verum, ne Parochiales Ecclesiæ, & ipsarum Curati live Rectores, qui ministrare habent Ecclesiastica Sacramenta, quibus nofcitur de jure competere, prædicare, seu proponere verbum Dei, confessiones audire fidelium, debitis & necessariis beneficiis studio illam prosum evellere, ac omnimodè submovere, nullis unquam futuris temporibus favente Domino suscitandam: grandis quoque desiderio cupientes, ut hujusmodi negotium, quod potissime infidet cordi nostro, finem salubrem & celerem per Apoftolicæ solertiae studium consequatur: diligenti cum fratribus nostris deliberatione præhabita super eo, ad honorem Dei & exaltationem Catholicæ fidei, quietum statum partium prædictarum, ac salutis animarum fidelium incrementum, de ipsorum fratrum consilio, auctoritate Apoftolica statuimus & ordinamus, ut dictorum Ordinum fratres in Ecclesiis & locis eorum, ac in plateis communibus liberè valeant Clero & populo prædicare, ac proponere verbum Dei, horâ illâ dumtaxat exceptâ, in qua locorum Prælati prædicare voluerint, vel coram se facere: solenniter prædicari, in qua prædicare cessabunt, præterquam si aliud de Prælatorum ipsorum voluntate processerint, ac licentia specialia. In studiis autem generalibus, ubi sermones ad Clerum ex more fieri solent, diebus illis, quibus prædicari solenniter consuevit, ad funera etiam mortuorum, & in festis specialibus, siue peculiaribus eorumdem fratrum possint iidem fratres & licet eis liberè prædicare: nisi forte illâ horâ, quâ solet ad Clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, Episcopus vel Prælati Superior Clerum ad se generaliter convocaret, aut ex aliqua ratione vel causa urgente Clerum ipsum duceret congregandum. In Ecclesiis autem Parochialibus fratres illi nullatenus audeant vel debeant prædicare, vel proponere verbum Dei, nisi fratres prædicti à Parochialibus Sacerdotibus invitati fuerint vel vocati: & de ipsorum beneplacito & assensu, seu petita licentia fuerint & obfenta, nisi Episcopus vel Prælati Superior, per eisdem fratres prædicari mandaret. Statuimus etiam & ordinamus auctoritate prædicta, ut singulis civitatibus & Dioecesibus,

Part. II.

præmissis, vel alicui præmissorum contraria: ea penitus revocamus, vacuumus, cassamus, & irritamus, quin imò cassâ, vel vacuâ, & irritâ nunciamus, & decernimus nullius prorsus existere firmitatis. Ceterum univerfos Ecclesiæ Prælatos cujuscunque præeminentiæ, status, vel dignitatis existant, ac Sacerdotes Parochiales, & Curatos, siue Rectores prædictos præsentium tenore rogamus, & hortamur attentè, nihilominusque eis districte præcipiendo mandamus, quatenus pro divina, & Apoftolicæ Sedis reverentia prædictos Ordines, & profectores eorum habentes affectu benevolò commendatos, fratribus ipsis non se difficiles, graves, duros, aut asperos, sed potius favorabiles, propitios, ac benignos piæque munificentia liberales se studeant exhibere: sic eos in prædicationis officio, & propositionibus verbi Dei, ac in omnibus aliis supradictis, tanquam cooperatores eorum idoneos, & laborum suorum participes prompta benignitate recipiant, ac affectuosè admittere non omittant: ut proinde illis æternæ beatitudinis præmium augeatur, & animarum salutis incrementa feliciter procurentur. Nec ipsos lateat, quod si secus ab eis agi fortasse contigerit in hac parte, Apoftolicæ Sedis benignitas, quæ Ordinibus, & profectoribus eisdem ubere favore profequitur, & gerit in visceribus charitatis, contra eos non immerito turbaretur, nec eadem æquanimiter pati posset, quin super hoc provisionis opportuna remedium adhiberet, ipsòque nihilominus caletis indignatio Principis digna pro meritis rependens, cujus obsequia fratrum ipsorum fedulitas curiosa profequitur, minime præteriret. Nulli ergo omnino, &c.

¶ PITH. Super Cathedralam, &c.] Albert. Argentinens. in Chronicis. pag. 111. & Chronicon Citiense an. 321. Vide cap. 1. de privilegiis. inf. lib. 5. tit. 7.

DE DECIMIS.

TITULUS VII.

I. BONIFACIUS VIII. Collectori Decimæ. [c. an. 1300. in Latio.]

Cum Bonifacius decimam certis ex causis hic in principio expressis ab Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis exigi statuisse, multa dubia circa illam suborta sunt, que hic clarè & prolusè manifestantur. Vide textum cum glossa in Clem. 2. eod. tit. ubi hæc Extravagans in multis declaratur.

DECLARATIONES, quas in negotio decimæ per nos super impolitæ prosecutione guerræ ac negotii Regni Sicilia contra hostes, de Ecclesiis & personis Ecclesiasticis per totam Italiam, & cetera loca constitutis volumus observari (cujus quidem decimæ in illis paribus se superintendentem seu collectorem duximus deputandum) tales sunt: De redditibus, & proventibus leprofariorum, domorum Dei, & Hofpitalium pauperum qui in usus leproforum, infirmorum, & pauperum convertuntur, decima non solvetur. Moniales etiam aliaque regulares personæ, quarum reditus & proventus Ecclesiastici adeo sunt tenues & exiles, quod de illis sustentari non possunt, sed pro habendo vitæ suæ sustentationem necesse habent publicè mendicare, & elemofynas publicè petere: dictam decimam non solvent. Seculares quoque Clerici, quorum Ecclesiastici reditus, & proventus annui summam septem florenorum auri non excedunt, eandem decimam non præstabunt. Si vero una persona plura habeat beneficia, quorum nullum per se acceptum dictam summam septem florenorum auri annuatim attingat, simul tamen collecta in minimis proventibus summam memoratam excedant, quotquot, vel quantumcumque modica fuerint, de omnibus & singulis decima solvetur, sed non solvetur de pitantibus Monachorum. Similiter de his, quæ à Christi fidelibus relinquuntur Ecclesiis, ut ex eis perpetui emanant reditus: Item de xenis Prælati, & aliis personis Ecclesiasticis liberaliter factis, decima non solvetur. Solventium decimam electioni seu arbitrio committitur, utrum ipsam velint solvere per totum tempus, quod durabit decima, pro rata proventuum, quos singulis annis dicti temporis ipsos percipere contigerit, an per ipsum tempus pro rata communis æstimationis proventuum eorumdem. Sed unâ viâ electa non licebit alicui variare ad aliam revertendo. Et fiat & redigatur per collectores in scriptis electio hujusmodi expressè in prima solutione decimæ supradictæ: alioquin juxta æstimationem communem per totum tempus solvere tenebuntur. Declaramus autem quod ii, qui elegerint solvere decimam pro rata eorum, quæ perceperint annuatim, vendant proventus beneficiorum suorum, quæ personalem residentiam non requirunt, & solvant decimam pro solo pretio, quod receperint de eisdem: dum tamen contra hoc in fraudem decimæ nihil omnino agatur. Sed Ecclesiastica persona, quæ in Ecclesia sua, vel beneficio, quod residentiam personalem requirit, non residet, sed facit in eodem per firmarium, vel Vicarium deserviri, deputando ipsi Vicario, vel firmario certam suorum proventuum portionem: non de Vicariatus seu firmarii portione, sed de univerfis ipsius Ecclesiæ, vel beneficii proventibus decimam exhibebit. Declaramus etiam, quod de sylvis seu nemoribus, quæ non consueverunt

F ff